





21.
23

CVM
 SVMMA
 TOTIVS
DOCTRINAE CHRISTIANAE
 PAVCIS APHORISMIS
 IN
 ORDINEM et CONNEXIONEM
 RELATA
 A
MEDICO CHRISTIANO
 HALAE MAGDEBVRGICAE
 MDCCXXIIX.
 TYPIS EXSCRIBERETVR,
 DOMINO AVCTORI,
 PATRONO OPTIMO,
 GRATVLBATVR
 SEQVENTI EPISTOLA
FRIDR. CHRISTIAN, LESSER
 PAST. MAR. INMONTE ET OR-
 PHANOTR. ADMIN.

NORDEVSÆ STANNO COELERIANO,



VIR MAGNIFICE, EXCELLENTISSIME,
EXPERIENTISSIME et DOCTISSIME
PATRONE OPTIME,

MIRVM in modum exhilararunt me, et literarum TVARUM
humanitatis et amoris erga me plenae, et differ-
tationes, quae iis inclusae fuerunt. Inprimis au-
tem magnam cepi voluptatem ex *summa totius*
Christianae doctrinae, quam, in ordinem et conne-
xionem relata, publici fecisti juris, pro cuius benigna do-
natione maximas tibi ago gratias. In hac certe demonstra-
sti, TE non minori scientia in theologicis, quam in medicis
imbutum esse. Et quemadmodum iam pridem a. MDCCII. de
officio boni theologi ex idea boni medici (id quod pari conatu Ge-
or;

orgius Smalridge, Episcopus Bristoliensis, in oratione anglico idiomate a. MDCCXVI. edita, fecit) docte et pie differuisti; ita etiam in hac tua eruditissima meditatione ipse Theologi munus expleuisti. Neque indignam tui officio ac caractere elegisti materiam. Praeterea enim, quod quilibet christianus debet esse certo modo theologus, quemlibet etiam medicum exactior rerum diuinarum cognitio decet, cui saepius contingit occasio cum aegrotis conuersandi, iisque et corporalem et spiritualem medicinam propinandi. Quod si igitur maxima cum laude Caspar Bartholinus, Thomas Bartholinus, Chr. Franc. Paullini, Thom. Reinesius, Jacobus Bordinius, Wilhelmus Aderus, Herm. Conringius, Joh. Acronius, Georg. Franck, de Franckenau, Joh. Ittigius, Joh. Dan. Major, Eccard Leichnerus, Caes. Grammius, Burchard Horneck, Joh. Christ. Adlungius, Ant. v. Dale, Andr. Goldmajer, Robertus Fludt, Theod. Janff. ab Almeloveen, Joachim. Vadianus, Osw. Berus, Joach. Cruaeus, Jac. Schegkianus, Ant. Deusingius, Joh. Crato, Ge. Hier. Welsch, Jac. Zwingerus, Lamb. Velthufius, Otto Brunfels, Joach. Jungius, Oliver. Hattenius, Petr. Kirstenius, Fridr. Greiffius, Wilh. Gratarolus, Dan. Erasmi, Andr. Libavius, Andr. Baccius, Ge. Wirth, Hier. Bardus, Petr. Beschebien, Joh. Inggolstetterus, Lev. Lemnius, Joh. Jac. Chiffletius, Joh. Elichmann, Ant. Mufa Brasavolus, Andr. Ellingerus, Theod. Goulson, Jac. Armannius, Georg. Lothus, Joh. Maurit. Reinesius, Jos. Justus Scaliger, Paulus Weidnerus, Jod. Willichius, Hier. Tragus, Jan. Cornarius, Conr. Gesnerus, Mart. Pollichius, Al. Christian Gackenholz, Laur. Pacha, Joh. Conr. Rhumelius, Franc. Valesius, Paul. Riccius. Val.

Val. Henr. Voglerus, Chr. Fr. Richterius, Chr. Warliczius,
Andr. Rivinius, Joh. Raius, Barth. Castellus, Leonh. Fuch-
sius, Wilh. Rondeletius, Gervas. Marstaller, Pompej. Barba,
Fort. Licetus, de la Chambre, Marqv. Freherus, Joh. Schmi-
dius, Champier, Hug. Bencius, Neh. Grew, Georg. Bers-
mannus, Nic. Feverham, Georg. Gentius, Joh. Also Am-
plingius, Hann. Gamenius, Th. Willifius, Henr. Smetius,
Andr. Mirica, Dan. Sennertus, Jan van Bevervick, Edm.
Dickinson, Joh. Bustomantinus, Dav. Herlicius, Dav. Lipsi-
us, Joh. Lud. Havenreuter, Ol. Wormius, Georg. Laubius,
Jac. Milichius, Arn. de Villa Nova, Val. Casp. Rupiz, Phil.
Verheyne, Matth. Razzenberg, Jo. Brachmann, Andr. Pe-
termann, Joh. Sperling, Mart. Rulandus, Gvil. Turnerus,
Henr. Pantaleon, Conr. Johrenius, Barth. Reusnerus, Henr.
Stubbe, Laur. Span, Chr. Helwigius, Justus Vesti, Rich.
Rouffart, Joh. Posthius, Joh. Ant. Turcus, Matth. Mecho-
vius, Marcus Nevianus, Th. Linacer, Hier. Mercurius, Sam.
Quiccelbergius, Hier. Sessa, Jan. Vliedenus, Joh. Proverti-
us, Wolffg. Meurerus, Petr. Petitus, Reim. Snoyns, Gabr.
Naudaeus, Paul. von Mittelburg, Vinc. Moles, Rob. Vilvai-
ne, Jac. Profectus, Jac. Müllerus, Thom. Twyne, Hier.
Provenzalis, Christian Weisbach, Flor. Crusius, Joh. de
Mey, Ioh. Bustomantini, Joh. Ludvv. Hannemann, Ioh. de
Aquilera, Paul. Dolschius, Iac. Windel, Casp. Dornavius,
Th. Eraftus, Sam. Haffenrefferus, Andr. Gennepius, Sebast.
Perricius, Henr. Khunrath, Ioh. Porraeus, Jo. Ant. von der
Linden, Casp. Barlaeus, Franc. Rueus, Lud. Molinæus, Fa-
bian Pacius, Ioh. Matth. Faber, Cruscianus, Th. Brovne,
Paul. Zachias, Joh. Sambucus, Joh. Bondius, Georg. Fuire-
nius

nus, Joh. Friderici, Conr. Horlacher, Joh. Stearne, Joh. Hiskias Cardilucius, Joh. Noltus, Joh. Jac. Stolterfoth, Ge. Wolffg. V. Vedelius, aliique multi medicinae studium cum Theologiae delicijs conjunxerunt, quis sanae mentis vitio TIBI vertet, quod pari studio horum vestigia premis? Literariae igitur Historiae scriptores **MAGNIFICENTIAM TVAM** optimo jure numero Medicorum-Theologorum adscribent, imo iam dudum adscripserunt, ut factum in Paullini horis succisivis philologicis P. II, p. 438. et in D. Leporini vitis eruditorum ad a. 1719. p. 238, idque ob *orationem TVAM de Atheo, ex artificiosissima corporis humani machina convincendo*. Cumque etiam *de diaetetica sacrae scripturae medicina* scripseris, locum etiam mereris in Doctissimi Dn. van Seelen diatribe *historica de medicorum meritis in sacram scripturam*, et habebis in eius promisso *de medicis Theologis Tractatu*. Dum autem judicium de aphorismis TVIS postulas, maius viribus meis onus postulas. Ne tamen plane voluntati TVAE deesse videar, paucis, quae sentio, benigne accipe; Paucis multa dixisti, et totum, quaequa patet, Theologiae ambitum in nuce quasi complexus es; ideoque pari maerandus laude es, ac ii, qui compendia theologica scripserunt. Neque enim minoris artis est pauca multis, quam multa paucis complecti posse; neque, quam multum, sed quam bene scripseris, attendendum. Probe etiam fecisti, quod stilo usus es plano, gravi tamen, et materiam tam gravem decente; quod statum institutionis, destitutionis, et restitutionis probe distinxisti; quod, quo pertingat ratio, et quomodo eam perficiat revelatio, commonstrasti; quod hominis miseriam, et Dei misericordiam, cum medijs ex miseria eluctandi docuisti; quod denique

the

theoreticis practica addidisti. Male quidem nonnullis audit et religio, et theologia medicorum. Sunt, qui *contra religionem* medicorum Thom. Browne religionem medici, Ioh. Caesarii in religione inconstantiam, Amati Lusitani et Ferdinandi Cardoso ad iudaismum lapsum, et Oliverii Dapperi atheismum crepant, promisitque Do. von Seelen se *de medicis paucorum religiosi* singularem meditationem editurum. Sunt etiam qui non adeo honorifice *de theologia medicorum* sentiunt, ut in proverbium pene abierit: Medici in theologia ineptiunt, aut plane desipiunt. Hi ad Helmontii, Blandratae, Peuceri, Serveti, Zvickeri, Pordagii aliorumque in theologia monstrosas provocant opiniones. Sed cum a particulari ad universale non procedat argumentatio, male certe a nonnullis medicis in religione vel theologia errantibus, ad omnes concludunt. Et si exemplis pugnandum, quae tamen non probant, sed tantum illustrant, plura adferri possunt exempla medicorum religiosorum et theologorum, ut etiam multi ex eorum ordine sanctorum catalogo adscripti sint, uti observarunt Andr. Tiraquellus comm. de nobilit. C. 31. p. 97. Abr. Bzovius in nomencl. Profess. Col. Agripp. 1623. Mich. Baldit in spec. sacr. med. Tob. VVitacker in append. tract. de sangv. uvae, et Carpzov. in diff. qua medicos ab Ecclesia pro sanctis habitos recenset, rvo certe exemplo commonstras, et theologiae et medicinae studium in pectore pii medici probe simul habitare

re

re posse. Deus T. O. M. longius tibi vitae spatium concedat
porro, quo ulterius doctorum multorum et iuventutis aca-
demicae usibus scriptis theologicis et medicis inservire possis,
donec vitae satur per beatam analyfin ex theologiae ectypae
schola ad archetypae academiam, ubi medicinae non ampli-
us est usus, venias. Vale, VIR MAGNIFICE, et fave

MAGNIFICI NOMINIS TVI

Nordhuf. d. 20. Apr.

1728.

addictissimo
Fridr. Christian. Lessero
Past. Mar. in monte et orphan.
Administr.






Uf 1397

ULB Halle
004 111 818 3







21.
23

CVM
SVMMA
TOTIVS
DOCTRINAE CHRISTIANAE
PAVCIS APHORISMIS
IN
ORDINEM et CONNEXIONEM
RELATA
A
MEDICO CHRISTIANO
HALAE MAGDEBURGICAE
MDCCLXXIX.
TYPIS EXSCRIBERETVR,
DOMINO AVCTORI,
PATRONO OPTIMO,
GRATVLABATVR
SEQVENTI EPISTOLA
FRIDR. CHRISTIAN, LESSER
PAST. MAR. INMONTE ET OR-
PHANOTR. ADMIN.
NORDHVSAE STANNO COELERIANO,